

non intellegi possint, in his fragmentum additum a Purgoldo eph. ep. 7, 364). Tractavit Dehner Hadriani reliquiae particula I (diss. Bonn. 1873). — Verba facere Hadrianum anno fere 129 colligitur ex mentione Catullini legati (cf. infra not. 18). In fronte basis videntur perscripta suis verba facta ab Hadriano Lambaesi ad legionem tertiam Augustam, in lateribus verba quibus idem adlocutus est auxilia exercitus Africani tam Lambaesi quam aliis locis tendentia. — 1) Intellegitur legatus, de quo infra not. 18. — 2) De hoc legati Numidiae erga proconsulem Africæ officio agit Marquardt Staatsv. I² p. 469. — 3) Intellegenda est aut legio tertia Gallica aut tertia Cyrenaica. — 4) De mutationibus castrorum exercitus Africani cf. Mo. C. VIII p. XXI not. 4. — 5) Equites (vel: equitibus) legionis (eq. leg. erasum, temporibus sine dubio Gordiani, cf. N. 2296 not. 5, sed legi potuit a Willmannsio). — 6) De iaculatione petrina, de qua Arrianus tact. 57, 4, agere Hadrianum (et petrinae vocabulum supplendum esse initio versus sequentis) censet Dehner p. 14. — 7) Ad cuius generis milites haec verba facta sint, non appareat (fieri potest ut fragmentum quoddam adlocutionis cum mentione cohortis secundae Hispanorum Lambaesi ut videtur tendentis, cf. C. VIII 2787, praecesserit, et verba facta sint ad eam cohortem); hoc appareat agi de munitione castrorum subitaria. — 8) Haec pertinere videntur ad alam aliquam, ut colligi potest ex mentione praefecti et equitum, et maxime ex mentione ‘alaris exercitationis’ infra (cf. not. 14) iniecta. — 9) Videtur excidisse nomen auctoris, cuius praecepta vel cuius disciplinam pro norma haberi voluit Hadrianus. — 10) Zarai oppidum Numidiae, quo loco Hadrianum mense Iulio cohortem aliquam adlocutum esse videmus. — 11) Spectare haec ad pedites cohortis sextae Commagenorum inde colligi potest, quod sequuntur verba facta ad equites eiusdem cohortis. — 12) Campi hi praelerea ignoti. — 13) Equites (vel: equitibus) cohortis sextae Commagenorum. Ea cohors videtur telendisse Zarai in Numidia (cf. C. VIII 4526). — 14) Apparet Hadrianum paullo antea spectavisse equitum alarum exercitationes. — 15) Explicare haec temptavit Dehner p. 18. De Cantabrico cf. Arrian. tact. 40: ἐπὶ τούτῳ δὲ Κανταβρικῇ τις παλαιμένη ἐπέλασις γίγνεται, ὡς δοκεῖν ἔμοιγε ἀπὸ Καντάβρων Ἰβηρικοῦ γένους τοῦτο ὄνομασθεῖσα, ὅτι ἐξεῖθεν αὐτὴν προσεποίησαν σφίσι Ρωμαῖοι, ἔχει δὲ φόδε κτλ. — 16) Equites alares quantopere super cohortales eminuerint, exposuit Mommsen ad papyrus anni 156 a se editam (eph. ep. 7 p. 465). — 17) Voluit dicere equites suo ardore evitasse, ut spectanti fastidium nasceretur. — 18) Intellegitur Q. Fabius Catullinus, legatus pro praetore exercitus Africani certe a. 129 (C. VIII 2555), consul ordinarius a. 130.

Alae, cohortes auxiliariae, numeri varii.

2488 . . . et¹ Sabino² praef. . . .
[au]xiliarie Hispan[ei]

In Sabinis, prope rudera Amiterni, loco dicto Cavallari (I 1293. IX 4505 vedit Dressel; Ritschl tab. LXXVII d). — 1) Pro et, quod in lapide vedit Dressel, alii exhibent f. — 2) Hunc esse Sabinum, a quo, teste Appiano b. c. 5, 152, a. u. c. 718 latrones urbem Romam et Italiam infestantes coerciti sunt, coniecit Mommsen Staatsr. II³ 4075 not. 4.

2489 Herculei d. [d.] | milites Africa[ni] | Caecilianis¹, | mag. curavit
| C. Saltorius C. f.